



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LIV. Die von der Schulenburg verlaufen dem Kloster Arendsee das Dorf Craatz, am 25. Juni 1327.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

LIV. Die von der Schulenburg verfaufen dem Kloster Arendsee das Dorf Graaz,
am 25. Juni 1327.

Quoniam omnium habere memoriam potius est diuinitatis quam humanitatis, Ideo conscribi fecimus ea, que per nos rite gesta sunt, ne per obliuionem mortalium suffocantur. Innotescat igitur tam natis quam nascituris presentem paginam inspecturis, Quod Nos Thidericus, Bernardus et Wernerus, Milites, dicti de Schulenborch, matura deliberacione prehabita cum consensu omnium nostrorum legitimorum heredum, quorum intererat aut in futuro interesse poterat, mera vendicione vendidimus villam nostram Cratze honorabili viro domino Theoderico preposito necnon ecclesie et Conuentui sanctimonialium in Arneffe cum aduocacia et cum omni Jure, tam in filius quam in Agris, prout ipsam a nostris progenitoribus vsque in hunc diem habuimus, libere in perpetuum possidendam. Quam quidem villam nomine nostro ac heredum nostrorum ad manus dicte ecclesie referuare nos obligamus in hiis scriptis, quousque proprietatem nancisci poterit ville memorate. Si vero proprietatem consequi non valeret, Extunc nos et nostri, qui pro tempore veri fuerint heredes, ad manus sepedicte ecclesie in perpetuum tenebimur referuare villam supradictam. Vt autem hec vendicio perpetuum robur optineat et vigorem, et ne in posterum a quoquam nostrorum heredum mutari valeat uel infringi, presentem paginam conscribi super eo fecimus et sigillorum nostrorum appensione roborari. Testes sunt Honesti famuli, videlicet Bodo, Syfridus, Conradus et Bulfo, fratres, dicti de Walfoue, necnon Sifridus patruus eorum, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M^o. CCC^o. XXVII^o.. In Vigilia assumptionis Beate marie virginis gloriose.

LV. Markgraf Ludwig gestattet einen Verkauf Otto's von Velde an das Kloster Arendsee,
am 1. Januar 1329.

In nomine domini amen. Obliuio sepe Iniuriatur memorie, et ex longinquitate temporis sepe fit, quod Res clara presentibus redditur obscura futuris, et sic interdum rescisa repullulant, suscitantur sopita, sepulta resurgunt, Vnde aduersus obliuionis dispendium prudentum cautela de scriptura prouidit. Hinc est, quod Nos Lodewicus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie marchio, Comes palatinus Rheni, Dux Bawarie, Sacri Imperii archicamerarius, Recongnoscimus per presentes, quod nostro consensu plenius accedente fideles nostri Otto de velde et Otto eiusdem filius Honorabili viro domino Thiderico, preposito ancillarum Cristi in Arneffe et plebano in Chartowe, Curiam, que dicitur Tegelhof, sitam in territorio werben cum duobus mansis minus vno quartali, et quandam aliam Curiam dictam kemerik cum vno manso et decem Jugeribus eidem Curie annexis, Et vnam decimam vnus mansi in villa, que dicitur Wentmarke, in eodem territorio, cum omni Jure et omni prouentu, sicut iidem possederunt, Justo vendicionis contractu vendiderunt. Nos quoque huiusmodi vendicionem approbantes prefatas curias et decimas